Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



y s i n o d i 104

sum. Liber eram sponte mea facto sum debitor mortis.
Infelix ego peccatum sponte mea primus ipse paraui. ego primus
ocasionem peccandi amplexus sum. Hunc peccati usum ad
strictum detineor. mala consuetudo meis grauium implicauit.
Longa consuetudo in me uis. & legem fecit. Vsus peccan
di necessitatis uinculis me adstrinxit. A delicto discedere
uolo nec ualeo. Quieto a lapsu resurgere. & non ualeo usui
repugnare trahor boni amore. retrahor male consue
tudinis lege. Longus peccandi usus me supatum obti
nuit. peccata mea consuetudine duruerunt. Volo agere
bonum. si desideria consueta non sinunt. Consuetudi
ne peccandi quando nescio sic delinquo. peccati usum
quando non opto incurro. Prauo usui contrahere nitor.
si carnis desidio ad grauior. A iusticia me amor erigit.
si ad peccatum consuetudo constringit. R a c i o ad

Reluctra contra prauam consuetudinem. contra con
suetudinem peccandi tota uirtute repugna. Vince
usum carnalem etiam cum dolore. Quamuis cum difficultate.
pniciosam consuetudinem uince. quamuis cum dolore. usum
malo resiste. Propone tibi aduersus presentis carnis ardorem. gehenne ar
dorem futuri supplicii. ignis super estum libidinis. recordatio
eterni incendii. extinguat libidinis incendium. Memo
ria ardoris gehenne. memoriam & ardorem excludat lux
urie fornicationis penam. meo grauioris supplicii uin
cat. Fortior dolor. dolorem minorem exsupat. Pacientem
leuiora portabis. si grauiora fueris recordatus. Verse
tur etiam ante oculos tuos imago futuri iudicii. pude
que post modicum eris passurus. futuram di sententiam